+

D. PETRVS DE LVNA Dei gratia Abbas Monta
ragonensis venerabilib[us] in Christo patrib[us] Prior[i] et Conventui Beate
Marie de Fontib[us] Ordinis Carthusiani salutem in D[omi]no sempiternam.
Cum ex parte vestra fuerit nobis supplicatum, ut assiduarum egrota
tionum vestrarum, miserti quib[us] propter aeris intemperiem et inclementiam
coeli, continuo laboratis in ista v[est]ra domo sub ditione et Abbatie n[ost]re iuris
dictione sita: Proindeq[ue] neq[ue] Ordinis v[est]ri rigor neq[ue] Dei cult[us] pro desiderio
v[est]ro vigere, neq[ue] ibidem augeri possit; concedere vobis licentiam dignaremur
transferendi vos et o[mn]ia v[est]ra bona ad saniorem et commodiore[m] locum. Nos
attendentes commodiq[ue] ... in loco per vos electo nobisq[ue] designato, Dei obse
quio et v[est]ri Ordinis observantiis vacaturos, gratis et libere aequissime petitio
ni v[est]re annuentes, licentiam vobis concedim[us] ut ex hac domo v[est]ra Beate Marie
de Fontib[us] superi[us] commemorata, quo destinatis, transferre vos ac o[mn]ia bona
v[est]ra libere et sine ullo prorsus obstaculo valeatis Proviso tamen ne domus
v[est]ra quam deseritis, iam olim Dei obsequio mancipata, atq[ue] dicata, divino cultu
quantum in vobis fuerit ac debebitis, maneat destituta. In quor[um] fidem
presentes vobis manu propria ac sigillo n[ost]ro signatas literas exhibem[us].
Dat[um] Caesaraugustae xii. Junii M. D. LXIII

+ D. Petrus Luna
Abbas predictus

Licencia abbad Monte Aragon
por trasladar domus de fontes

Licentia r. P. dni de Luna Abbatis Mon-
tis Aragonum ad trasferendam domum
b. mariæ de Fontibus ordinis Carthusiani cum suis
omnibus bonis ad locum et domum b. mariæ de
Aula dei prope Cesaraugustam.

Licencia del Abbad de Monte
Aragon para trasladar los
fuentes —

Calax. 47

+

Nos fr Andreas ortoneda humilis pr domus beate Marie portaceli
ordinis Cartusiensis et Visitator prov^e Cathalonie attendentes plurima
se offerre ad felicē promotionē et exitū translationis do. beate Marie
de fontibus eiusdē ordinis (que autoritate R^mi patris Prioris Cartusie et Cap.
generalis āno 1559 celebrati fieri procuratur) in quibus iuxta sententiā nrā
si comode fieri posset R^mus pater pr Cartusie consulendus foret: id q3 cū
minime modo liceat propter angustiā et iniuriā temporis quo seditionibus
et prelijs tota fere Gallia premitur: Concedimus vobis R^do patri pri pre
dicte do. beate Marie de fontibus licētiā et plenā autoritatē iuxta tenorē
statutorum nrorum obligandi vos et domū vrā bona: imponendi de nouo census
ac redditus ānuos et cetera faciendi oīa huiusmodi in quibus specialis licētia
et assensus noster exigitur: que ad progressū et exitū dicte translationis
expedire videbitis. Datū in domo portaceli xxvi aprilis 1562 cū im
pressione sigilli nri in fidem premissorum.

patent del visitador sobre la
translacio dela casa

Calaix [illegible]

Transsumptum Patentis, Visitatoris Prouincie Catalonie: pro R.do P.re Priore domus B. Marie de Fontibus ordinis Cartus.

Nos fr. Andreas Ortueda humilis prior B. Marie Porte celi ordinis cartusiensis et Visitator prouincie Catalonie: Attendentes plurima se offerre ad felicem promotionem et exitum translationis domus B. Marie de Fontibus eiusdem ordinis que autoritate R.mi patris Prioris Cartusie et Capituli Generalis anno 1559 celebrati, fieri procuratur, in quibus iuxta statuta n(ost)ra si commode fieri posset R.mus pater Prior Cartusie consulendus foret, id tamen cum minime modo liceat propter iniuria(m) et angustia(m) temporis quo tota fere Gallia seditionibus premitur atque bellis concedimus vobis R.do p(at)ri Priori B. Marie de Fontibus licentiam et plena(m) autoritatem iuxta tenorem statutorum n(ost)ror(um) obligandi vos et domum v(est)ram bona imponendi de nouo census ac reditus annuos, et cetera facienda omnia huiusmodi, in quibus specialis licentia et assensus n(ost)er exigitur quod ad progressu(m) et exitu(m) dicte translationis expedire videbitis. Datum in domo Porte celi 26 Aprilis 1563 cu(m) impressione sigilli n(ost)ri in fidem premissorum.

El original tiene Martin de Blancas y lo insirio en el acto de la subrogacion de la torre que nos vendio don Jo. de Aragon.

Transumptum licentiae Abbatis Montis Aragonum Priori et conventualibus B. Mariae de Fontibus ordinis Carthusiensis concessae ad transferendum se et bona sua etc.

D. Petrus de Luna Dei Gratia Abbas Montis aragonensis venerabilibus in Christo patribus Priori et Conventui B. Mariae de Fontibus ordinis Carthusiani Salutem in Domino sempiternam. Cum ex parte vestra fuerit nobis supplicatum ut assiduarum aegrotationum vestrarum misertis quibus propter aeris intemperiem et inclementiam caeli continuo laboratis in ista vestra domo subditione et Abbatis nostri iurisdictione sita, proinde neque ordinis vestri rigor neque Dei cultus pro desiderio vestro vigere, neque ibidem augeri possit, concedere vobis licentiam dignaremur transferendi vos et omnia vestra bona ad aptiorem et comodiorem locum. Nos attendentes commodiusque aptiusque in loco per vos electo nobisque designato Dei obsequio et vestri ordinis observantiis vacaturos gratis et libere aquiescimus petitioni vestrae annuentes, licentiam vobis concedimus ut ex prefata domo vestra B. Mariae de Fontibus superius commemorata quo destinatis, transferre vos ac omnia bona vestra libere et sine ullo prorsus obstaculo valeatis. Proviso tamen ne domus vestra quam deseritis tam olim Dei obsequio mancipata atque dicata divino cultu quantum in vobis fuerit ac debebitis maneat destituta. In quorum fidem presentes vobis manu propria ac sigillo nostro signatas literas exhibemus datas. Caesaraugustae 13. Junij. 1563

P. Luna Abbas Pinn.

El original tenemos aqui en Aula Dei.